

B r e v e  
P a b s t P i u s VI.

an den

hohen und niedern deutschen Clerus

die ausgewanderte

französische Geistlichkeit

betreffend.

---

Breslau,

mit Universitäts Schriften 1796.

M.  
527.

1785

IV

1785

1785

1785

1785

1785

1785

1785





---

---

Venerabilibus Fratribus, Archiepiscopis, ac dilectis Filiis, Abbatibus, Abbatissis, Capitulis, & Clero tam sæculari quam regulari Germaniæ,

PIUS PAPA SEXTUS.

Venerabiles Fratres, ac dilecti Filii  
tem & apostolicam benedictionem



Ignotæ nemini sunt, nec sine lacrymis commemorari causæ possunt, propter quas archiepiscopi, episcopi, parochi, sacerdotes, clerici, sacrae virgines, & plurimi ex regularibus regni Galliarum, illustrioribus editis suæ religionis argumentis, coacti sunt suas derelinquere sedes, domicilia ac bona, diversasque petere cum catholicas tum acatholicas regiones, in quas facilius poterunt confugere, ea apud exteros subsidia postulantes, quæ a suis obtinere nequirent. Hæc inclyti cleri in varias partes dispersio non potuit sane animos omnes non commovere: Nosque certe maxima laude cumulare debemus non solum principes, pastores, & populos catholicos, qui per evangelium edocti, & veræ charitatis spiritu inflammati hos benigne exceperunt fidei confessores, eosque impensa sua alendos sumptulerunt; sed principes etiam & populos acatholicos, & in his præsertim Magnæ Britanniæ regem illustrem, & inclytam illius regni nationem

nem, qui omnes erga sui similes, ducti quodam spiritu humanitatis, ut ait sanctus Ambrosius, (1) iisdem subsidia suppeditarunt, æmulantes gloriam antiquorum Romanorum, apud quos videbatur *valde decorum, patere domos hominum illustrium hospitibus illustribus; idque etiam reipublicæ esse ornamento, homines externos hoc liberalitatis genere in urbe nostra non egere,* (2)

Ad nos quod pertinet, qui licet immerito pastoris universalis & patris omnium fidelium munus gerimus, majori, quam cæteros, onere obstrictos esse putavimus, promptam ferendi opem exulibus hisce infelicibus, qui in nostrum sinum se conjecerunt. Persuasum enim nobis satis superque est, nusquam justius, nunquam posse liberalius erogari subsidia, quam in eos, qui propter causam Christi rerum suarum dispendia pertulerunt, quique de sedibus suis contumeliose & violenter ejecti peragrant regiones, atque inter ignotos vitam quasi solitariam degere compelluntur. Hinc a primo tam diræ hujusce infectionis initio patefecimus Gallis, sive ecclesiasticis, sive laicis, viscera pietatis, ipsosque cum omni beneficentia & gratia complexi sumus.

Sperabant profecto hi exules ærumnosi, se vitam ducturos, si minus commodam, at curis plane vacuum atque tranquillam in iis, ad quæ appulerant, locis: sed inopinati gallicarum copiarum progressus in Sabaudiam præsertim, & in civitatem comitatumque Niciensem, eosdem ad novam magisque lamentabilem fugam capessen-

(1) *De offic.* l. 21.

(2) *Cic. de Offic.* II.



sendam compulerunt. Nos equidem in iisdem  
charitatis sensibus & in eadem voluntate defixi,  
inter ipsas rerum angustias in quibus versamur,  
mandavimus atque præcepimus ut novi hujus-  
modi exules exciperentur atque alerentur non in  
nostra hac urbe dumtaxat, sed in provinciis etiam  
nostræ ditionis: Et hanc ipsam ob causam ency-  
clieis litteris diei 10 mensis octobris proxime  
elapsi excitandos curavimus venerabiles fratres  
archiepiscopos & episcopos ditionis pontificiæ,  
ut eorum singuli una cum suo clero & cum locis  
piis suæ diœcesis participes essent operum mise-  
ricordiæ, nostrisque paternis curis obsecunda-  
rent. Ex quo factum est ut non modo memora-  
tis venerabilibus fratribus & utroque clero sæcu-  
lari ac regulari, sed multis etiam cujusvis gene-  
ris laicis certatim, & summa cum laude nostrum  
exemplum imitantibus, adeo sit auctus novorum  
hospitum numerus, qui post Sabaudiam & Nici-  
am occupatam excepti a nobis sunt, ut ad bis  
mille hæctenus excreverint.

Scimus complures alios ecclesiasticos viros  
regni Galliarum, favente carissimo in Christo filio  
nostro Francisco in Romanorum imperatorem  
electo, in Germaniam perrexisse, ubi minime ne-  
cessariæ essent hortationes nostræ ad auxilium &  
opem erga hos exules comparandam. Haud  
enim nos latet, venerabiles fratres ac dilecti filii,  
vos pietate & charitate longe antecellere vetustis-  
simam majorum vestrorum gloriam, quos memo-  
riæ proditum est, *erga hospites mites & humanos  
fuisse: peregrinis enim omnibus hospitium ultro of-  
fere-*

*ferebant, hospitalitatisque inter se officii certabant.* (1)

Verum sicuti quidam spectabiles nostri confratres, scilicet archiepiscopus Parisiensis & episcopi Convenarum, Nemaufensis, Macloviensis, Trecensis & Lingonensis, litteris ad nos datis die 1 hujus mensis, debita laude prosequentes eum charitatis ardorem, quo tam ipsi in civitate Constantiæ, quam alii Galli ecclesiastici viri in duabus abbatibus eadem civitati proximis, Petershaulensi & Creutzlingensi fuerunt excepti, petierunt a nobis, ut nostra adhiberemus officia apud Ecclesiæ Germanicæ præsules, pontifices, abbates & capitula, ipsisque extorres Gallicanos sacerdotes, pro apostolica fide & pro catholica unitate tanta perpeffos, commendaremus; ita nos justas ipsorum preces suscipere volentes, libenti animo nostras hæc litteras ad vos mittimus, magis ut ea laudibus prosequamur, quæ per vos ipsos agi cæpta sunt, quam ut vobis etiam atque etiam commendemus hos dignos Christi athletas, quos & causa, quam strenue defenderunt, & eorum præclara merita satis superque per se ipsa commendant.

Hæ itaque nostræ litteræ restatum vobis facient, quanta consolatione leniamur inter graviores ipsas angustias, quibus undique premimur, propter indubiam spem, quam intimo fovemus animo, fore, ut vobis, venerabiles fratres, archiepiscopi & episcopi, vestris semper obversetur oculis aurea illa sententia S. Pauli:

*Oportet*

(1) Diod: lib. V. post Tacit. *De moribus Germanor.* & Mela, lib. III.



*Oportet episcopum esse hospitem; (1) quam quidem sententiam tum sancti Patres tum concilia ipsa collaudant. Episcopi namque domus, ut beatus Hieronymus scribit, omnium commune debet esse hospitium; Et laicus si unum, aut duos, aut paucos recipiat, implet hospitalitatis officium: Episcopus, nisi omnes receperit, inhumanus ab eo scribitur. Verba sunt concilii Parisiensis VI. (2) Nec minus indubia spe ducimur, fore, ut vos quoque, dilecti filii, abbates & abbatissæ, ea semper animo repetatis, & opere præstetis, quæ monachos docuit S. Benedictus, ut scilicet abbas quotidie habeat hospites in sua mensa, abbatissæ autem, juxta synodum Aquisgranensem, (3) prope portam monasterii; vos denique, capitula & cujusvis generis ecclesiastici viri inclytæ Ecclesiæ Germanicæ, certo confidimus, fore, ut gloriæ vestræ esse arbitremini, si datum vobis erit ea hortamenta adimplere, quibus S. Tridentina synodus admonet quoscumque ecclesiastica beneficia secularia seu regularia obtinentes, ut hospitalitatis officium, a SS. Patribus frequenter commendatum, quantum per eorum proventus licebit, prompte benigneque exercere assuescant; memores eos, qui hospitalitatem amant, Christum in hospitibus*

\* 4

*recipere.*

(1) Epist. ad Titum, cap. I, v. 7, 8, & ad Rom. c. XII, v. 13.

(2) An. 829, lib. I, cap. 14. apud Labbeum. Coll. concil. recent. edit. A. Zattæ, tom. XIV, col. 548.

(3) An. 816, lib. II, cap. 28, apud Labbeum cit. To. XIV. col. 276.

*recipere.* (1) Quemadmodum vero eadem Tridentina synodus episcopis committendum curavit onus charitatis hujusmodi (2) ita minime dubitamus quin vos, venerabiles Fratres, non exemplis modo, sed verbis etiam & hortationibus vestris comparanda curetis infelicibus hisce Gallis presbyteris, quæ comparari per vos poterunt, majora subsidia, *donec adspiraverit dies consolationis, & tempus pacis ad nos descenderit*; veluti dixit Alexander III, prædecessor noster, dum ecclesiasticos quosdam viros commendabat, quos fidei osos crudeliter insectabantur. (3)

Plurima quidem sunt emolumenta, quæ Deus optimus maximus pollicitus est, quæque temper contulit iis qui hospitalitatis laude floruerunt: Nosque certe futurum confidimus, ut hoc pietatis opus, cum publicis precibus simul junctum, debeat maturius eam consolationem & pacem nobis afferre, quam tantopere exoptamus; dum interim vobis, venerabiles fratres, dilectique filii, apostolicam benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ, apud S. Petrum, die vicesima prima novembris 1792, pontificatus nostri anno decimo octavo.

PIUS qui supra.

(1) Sess. 25, *de reform.* cap. 8.

(2) Loc. cit. & sess. 7. *de reform.* cap. 22.

(3) Baron. ad an. 1164, num. 41.



---

---

An unsere ehrwürdigen Brüder: die Erzbischöffe und Bischöffe, und unsere lieben Söhne: die Aebte, Aebtissinnen, und sämtliche Welt- und Ordensgeistlichkeit in Deutschland;

Pius VI. Pabst.

Ehrwürdige Brüder, und lieben Söhne,  
Unsern Gruß, und Apostolischen Segen  
zuvor!

Jedermann erinnert sich mit Thränen jener allgemein bekannten Vorfälle, durch welche die Erzbischöffe, Bischöffe, Pfarrer, und eine beträchtliche Anzahl Priester, Geistliche, Klosterjungfrauen, und Ordensleute des Königreichs Frankreich, nach so vielen von ihrer Anhänglichkeit an die Religion aufgestellten glänzenden Zeugnissen, genöthiget worden sind, ihre bischöflichen Sitze, Wohnhäuser und sämtliches Eigenthum mit dem Rücken anzusehen, ihre Zuflucht in die zunächst gelegenen catholischen sowohl als nichtcatholischen Länder zu nehmen, und das Ausland um denjenigen Schutz anzuflehen, den sie in ihrer eigenen Heimath ferner zu finden nicht mehr hoffen durften.

Es war natürlich, daß der Unfall eines so erlauchten, nunmehr in die verschiedensten Länder hin verstreuten Clerus, jedes gefühlvolle Herz mit tiefer Rührung erfüllen mußte; und so wie es un-

sere Pflicht ist, alle der catholischen Religion zugethane Fürsten, Oberhirten, und Völker, die den Vorschriften des Evangeliums gemäß, und von einem wahrhaft christlichen Geiste der Liebe beseelt, diese standhaften Bekenner ihres Glaubens liebreich aufgenommen, und ihrem Mangel durch reichliche Unterstützung abgeholfen haben, mit gerechten Lobeserhebungen zu überhäufen, eben so verbunden halten wir uns, ein gleiches gegen die nichtcatholischen Fürsten, und Völker, \* vorzüglich aber gegen den erhabenen Beherrscher von Großbritannien, und sein edelmüthiges Volk, zu beobachten, welche, nach dem Ausdruck des heil. Ambrosius: (1) geleitet vom Geiste der Menschenliebe: ihren Mitgeschöpfen einen ähnlichen Beistand geleistet, und mit edler Nacheiferung nicht hinter jenen alten Römern haben zurück bleiben wollen, bey denen es (2) für sehr ehrenvoll geachtet

\* Die Lobeserhebungen, mit denen der heil. Vater hier die catholischen, und nichtcatholischen Fürsten überhäuft haben alle in die Schweiz nach Westphalen, Thüringen, Sachsen, England, und Rußland geflüchteten, und dort so liebreich aufgenommenen französischen Priester mit der reinsten Freude erfüllt. Sie preisen die Vorsehung, nach deren weisen Schickung nunmehr das Oberhaupt der Kirche selbst, der Dollmetscher ihres eigenen lebhaften, und unaufhörlichen Dankgefühls geworden ist, und fügen den Wunsch hinzu: daß ihr vereinigt Gebet im Stande seyn möge, immer neuen Segen des Himmels über diese edlen und menschenfreundlichen Nationen herabzusenden!

(1) *De offic.* l. 21.

(2) *Cic. de Offic.* II.



geachtet wurde, wenn die Häuser der ansehnlichsten Bürger, jedem vornehmen Fremden offen standen, und der Republik selbst dadurch der gute Ruf erhalten ward, daß in den Mauern ihrer Hauptstadt noch kein Fremder Noth gelitten habe.

Wir selbst, die, ob wir uns dessen gleich unwürdig fühlen, dennoch die Pflichten eines allgemeinen Oberhirten der Kirche, und Vaters aller Gläubigen zu erfüllen haben, wir selbst haben uns mehr als jeder andere verpflichtet gehalten, diesen, in unsere Arme eilenden, Unglücklichen so schnell als möglich zu Hülffe zu kommen; in der vollen Ueberzeugung, daß die Pflicht der Mildthätigkeit niemals unnachlässlicher, niemals in ihrer Ausübung ausgedehnter seyn müsse, als gerade in Hinsicht derjenigen die um Christi willen, alles des Ihrigen verlustig gegangen, und auf schändliche, und gewalthätige Art aus ihrem Vaterlande verjagt, gezwungen worden sind, ein unstätes, und als Fremdlinge jener Nationen so zu sagen abgeschiedenes Leben unter ihnen zu führen. Wir haben darum auch bald von Anfang jener einbrechenden Trübsal an, allen Verfolgten geist- und weltlichen Standes französischer Nation, unser väterliches Herz eröffnet, und dieselben, soviel an uns war, mit liebevoller Hülfsleistung zu unterstützen gesucht.

Mittlerweile hatten diese unglücklichen Verbannten gehoft in denjenigen Gegenden, wohin sie ihre erste Zuflucht genommen hatten, wenn nicht ein glückliches, doch wenigstens ein angstloses, und ungestörtes Leben führen zu können; allein der unvermuthete Einbruch französischer  
Kriegs

Kriegsheere in Savoyen sowohl, als in die Stadt und Grafschaft Nizza, zwang sie gar bald auf eine für sie noch elendere Art zum zweitemale flüchtig zu werden. Dies Eräugniß zwar konnte unsere für sie tragende Liebe keinesweges schwächen. Immer noch von den nehmlichen Gefühlen durchdrungen, immer noch unsern ersten Entschlüssen getreut, wiewohl selbst hart genug von den Zeitumständen gedrängt, trafen wir Vorkehrungen, diese neuerdings Vertriebenen nicht allein in dieser unserer Stadt, sondern auch in allen unserer Regierung unterworfenen Provinzen, unentgeltlich mit Kost, und Wohnung versehen zu lassen. Wir schrieben in dieser Absicht unsere Cirkelbriefe vom zehnten des lezt vergangenen Octobers an unsere ehrwürdigen Brüder die Erzbischöffe, und Bischöffe unserer Staaten, um sie sowohl selbst, als ihre sämtliche Geistlichkeit und jede in ihrem Sprengel befindliche fromme Stiftung zu ermahnen, gemeinschaftlich mit uns an diesem Werke der Barmherzigkeit zu arbeiten, und unserer väterlichen Sorgfalt solchergestalt unter die Arme zu greifen. Dies hat den Erfolg gehabt, daß, nicht allein vorgedachte unsere ehrwürdige Brüder, und ihre sämtliche Welt- und Ordensgeistlichkeit, sondern selbst eine große Anzahl Layen von allen Ständen, unserem gegebenen Beyspiel mit so löblichen Wetteifer nachgefolget sind, daß sich bey uns die Anzahl der, nach jenem französischen Einfall, in Savoyen, und Nizza, aufs neue vertriebenen Flüchtlinge bis auf Zweitausend vermehret hat.

Es



Es ist uns zwar nicht unbekannt, daß, im Vertrauen auf den Schutz unsers geliebten Sohnes in Christo, Franz II. erwählten Römischen Kaisers, eine große Anzahl französischer Geistlichen, nach Deutschland geflüchtet ist, und daß sie dort, auch ohne unsere Empfehlung Sicherheit, und Unterstützung finden würden, denn, ehrwürdige Brüder, und lieben Söhne! es ist uns genugsam bekannt, wie sehr eure Tugend, und Wohlthätigkeit Euch noch über den Ruhm eurer eignen Verfahren erhebe, von denen der Geschichtschreiber erzählt: wie zuvorkommend, und menschlich sie jeden Fremden behandelten, wie es ihr größtes Vergnügen war, ihnen Schutz und Schirm angedeihen zu lassen, und wie sie untereinander selbst wetteiferten, sich in der Ausübung jeder gastfreundschaftlichen Pflicht wechselseitig zu übertreffen. (1) Es haben uns indessen einige unserer hochachtungswerthesien Brüder, nemlich: der Erzbischoff von Paris, und die Bischöffe von Comminges, Nismes, S. Malo, Troye, und Langres, bei der uns vom ersten dieses Monats ertheilten, mit den größten, und geziemendsten Lobeserhebungen ihrer Wohlthäter begleiteten Nachricht von der ihnen, und mehreren französischen Geistlichen wiederfahrenen guten Aufnahme zu Costanz, und den benachbarten Abteien Petershausen, und Kreuzlingen, ersuchet: uns bei den Erzbischöffen, Bischöffen, Aebten, und Dohmkapiteln der deutschen Kirche für sie zu verwenden, und denselben die aus ihrem Vaterlande vertriebene,

für

(1) Diodor. l. V. Tacit. De moribus Germ. Me-  
la lib. III.

für den apostolischen Glauben und seine Einigkeit so viel erduldennde französische Geistlichkeit, dringend anzuempfehlen.

Wenn wir nun nicht umhin können, diesen ihren gerechten Bitten nachzugeben, so erlassen wir mit Freuden diesen Hirtenbrief an euch, nicht sowohl, um Euch diese durch die Sache J. E., für welche sie kämpfen, und durch ihr persöhnliches Verdienst, schon genug empfohlenen Männer, noch anderweitig anzuempfehlen, sondern vielmehr um euch für die bereits aus eigenem Antrieb unternommenen Handlungen der Wohlthätigkeit das gebührende Lob zu ertheilen. Dieser unser Brief mag euch daher, ehrwürdige Erzbischöffe, und Bischöffe! ein Zeugniß seyn, wie trostreich für uns, mitten unter dem Kummer, der unser Herz von allen Seiten beklemmt, die zuversichtliche Hoffnung sein muß: Es werde Eurem Geiste der wahrhaft treffliche, von so viel h. h. Vätern, und allgemeinen Kirchenversammlungen wiederholte Grundsatz des h. Paulus: Ein Bischoff soll gastfrey seyn! (1) unablässig vor Augen schweben. Das Haus eines Bischoffs, schreibt der h. Hieronimus, soll jedem Fremden offen stehen. Wenn der Laie Einen, Zween, oder nur wenige Menschen verpflegt, so hat er den Pflichten der Gastfreundschaft genug gethan, der Bischoff aber, der auch nur Einen hinweggehn lässet, ist ein Unmensch. So spricht die VI. Kirchenversammlung von Paris. (2) Mit gleicher

Zu

(1) Ep. ad Tit. Cap. I. v. 7. §. & ad Rom. Cap. XII. v. 13.

(2) Ann. 829. l. I. Cap. XIV. apud Labbeum. Coll. Concil. recent. Edit. A. Zatta. Tom. XIV. Col. 548.



Zuversicht hoffen wir, daß auch ihr geliebte Söhne! ihr Aebte, und Aebtissinnen, euch allzeit desjenigen werckthätig erinnern werdet, was der heil. Benedikt seinen Schülern zur Lehre hinterlassen hat: Ein Abt sei Gastfrey an seiner eigenen Tafel, die Aebtissin aber (vermöge der Nachner Kirchenversammlung) (1) an der Pforte ihres Klosters.

Ihr endlich, ihr Mitglieder hoher Dohmstifter, so wie alle, weß Ordens ihr auch seyn möget, ihr geistlichen Glieder der erlauchten deutschen Kirche! auch ihr werdet, wie wir mit Grunde hoffen dürfen, euern Ruhm darein setzen, der Lehre des Tridentinischen Kirchenraths auf das genaueste nachzukommen, vermöge welcher ein jeder, der sich im Besitz einer geistlichen Pfründe befindet, die von den S. S. Vätern so vielfältig empfohlene Gastfreundschaft, willig, und mit dem freudigen Bewustseyn ausüben soll, daß alles dasjenige was er diesen Hülfbedürftigen erweist, Christo selbst erwiesen worden sey. (2) Da überdieß die gleichgedachte Kirchenversammlung diese Werke der Barmherzigkeit ganz vorzüglich der Fürsorge der Bischöffe übergeben hat, (3) so zweifeln wir um so weniger geliebte Mitbrüder! daß ihr nicht allein durch euer Beispiel, sondern auch durch Fürsprache, und Ermahnungen Sorge tragen werdet, dieser unglücklichen

fran-

(1) Ann. 816. lib. II. Cap. XXVIII. ap. Labbeum cit. T. XIV. col. 276.

(2) Sess. XXV. de reform. Cap. VIII.

(3) Loc. cit. & Sess. VII. De reform. Cap. XXII.

50 B. 17  
216 —

französischen Geistlichkeit, so viel Unterstützung zu verschaffen, als in euern Kräften stehen wird; bis endlich, wie sich unser Vorfahrer Alexander III. bey Gelegenheit einiger des Glaubens wegen verfolgten Priester ausdrückte: der Tag der Tröstung kommen, und Ruh und Friede zu uns hernieder steigen wird! (1)

Unüberschwenglich ist der Lohn, welchen der Allerhöchste zum Preise der Gastfreundschaft bestimmt, und an denjenigen die ihn zu verdienen gewust haben; bereits erfüllet hat, auch leben wir der gesicherten Hoffnung, daß diese Werke der Barmherzigkeit, verbunden mit den öffentlich angestellten Gebeten, nur um so eher jenen sehnlich gewünschten Trost, und Frieden zu uns zurückführen werden. Worauf wir euch ehrwürdige Brüder, und lieben Söhne! unsern apostolischen Segen mit voller Zuneigung ertheilen.

Gegeben zu Rom bey'm heil. Petrus am ein und zwanzigsten November Siebzeinhundert Zweiundneunzig. Unser's Pontificats im Achtezehnten.

Pius.

(1) Baron. ad Ann. 1164. Num. 41.

117






Venerabili  
pis, a  
Abbat  
sæcular

Pr

Venerabiles  
tem &

I  
gnotæ nem  
memorari ca  
piscopi, epis  
sacrae virgine  
Gallarum, i  
gumentis, c  
domicilia ac  
licas tum ac  
ruerunt confu  
tulantes, qua  
inclyti cleri in  
fane animos  
certe maxima  
lum principes  
qui per evan  
fpiritu inflami  
confessores, c  
serunt; sed p  
licos, & in  
regem illustre



Centimetres

# Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/C

